RUPERTUS TUITIENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 89r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



resonant. Quomodo autem numeri isti octonarius et senarius
qui hic multiplicauerunt denarium ab inuicem differunt ut me
rito per senarium reginas et per octonarium uoluerit designa
re concubinas. Videlicet eo differunt quod senarius numerus
perfectus octonarius uero imperfectus ac diminutus atque usque ad ex
tremas unitates secabilis est. Perfectus quippe est et perfectorum
primus numerorum senarius quia suis ex partibus construitur. Ha
bet enim dimidiam idem terciam idem .u. sextam idem primam que
partes simul collecte senarii summam restituunt. Porro
octonarius in suis partibus se ipso minor est. Habet enim di
midiam idem quatuor quartam idem .u. octauam idem .i. que
partes simul collecte septenarium faciunt minorem ui
delicet summam ipso octonario cuius partes sunt. Claret igitur et
ista causa cur senarius reginis et octonarius concubinis
magis quam octonarius reginis et senarius congruat con
cubinis. Adolescentularum non est numerus idem abundant
in euangelio plures quam ad celestes pertineant thalamos.
iuxta illud. Annuntiaui et locutus sum multiplicati sunt
super numerum. Adolescentule namque recte dicuntur que
non deum saltem ad timorem dei profecerunt et propter hoc custodia
indigent uel magisterio hominum quia nec deum intus diui
ni timoris seu amoris habent magisterium et multe
ex huiusmodi quod ualde pauendum est inueniuntur extra
numerum quia de adolescentia numquam ad perfectam eta
tem perueniunt etatem interioris hominis quam quidam